



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCXCVII. Herzog Wratislav von Pommern transsumirt eine Urkunde der
Markgrafen Woldemar und Johann von Brandenburg vom 3. October 1311,
worin diese dem Kloster Belbue in Pommern die Kirche der neuen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Marchione Brandenburgensi superius nominato ac pro nostris suisque Successoribus et Haeredibus legitimis in perpetuum omni actioni, impetitioni, defensionis, exceptioni omnibusque Priuilegiis ac Litteris gratiam et iustitiam continentibus, jam impetratis seu impetrandis, seu jam habitis vel habendis, ac omnibus que in posterum quocunque Jure Canonico vel Ciuili cautelis contra praesens Instrumentum de facto vel de jure possent obijci vel opponi; nihil prorsus juris, domini, utilitatis, Aduocatae, Patronatus vel cuiuslibet alterius jurisdictionis vel potestatis, quocunque nomine possit appellari, Nobis seu Inelyto Joanni Marchioni Brandenburgensi et haeredibus seu Successoribus nostris in omnibus contentis in parte predictae Terrae nostrae sic venditae retinentes; sed omnia et singula cum libertatibus ac pleno jure, proprietate, possessione et dominio in praedictos Magistrum et fratres ac ipsorum Ordinem in perpetuum transferentes. Insuper profitemur et recognoscimus, Nos saepe dictis Magistro et Fratribus a Serenissimo nostro Domino Henrico d. g. Romanorum Rege semper Augusto super huiusmodi nostro Contractu confirmationis litteras impetrasse. Ut autem haec omnia piae donationis nostrae facta permaneant et inuolabilia perpetuo tempore perseuerent, praesens scriptum super his confectum nostri sigilli appensione duximus roborandum, quod etiam dictus Marchio Joannes sui etiam Sigilli patrocinio, cum ad annos aetatis legitimae deputatos peruenerit, confirmabit. Testes autem huiusmodi contractus sunt nostri Fideles Domini Henricus de Regenstejn et Ulricus de Lindow Comites, Ludolphus et Halzo de Vedele, Bernardus de Ploszek, Henricus et Fredericus de Helvensleue (Alvensleue?), Droyseco de Chrache (Crochere?), Henricus, Henningus et Henricus de Slegeli (Stegelitz?), Bernardus de Bruk (Buck?) et Henricus de Verbin, Milites, Henricus de Gradzon (Granzoy?) Praepositus, Slateto (Sloteco?) nostrae curiae Prothonotarius et quam plurimi alii, nihilominus fidei testimonio decorati. Actum et datum in curia Bredensi, in Vigilia beati Jacobi Apostoli Anno domini MCCCXI.

Nach Dogiel, Cod. diplomat. Regni Polon. IV, 39. 40. und Dlugoffi histor. Polon. lib. IX, ad annum 1311 edit. Lips. col. 941.

CCCXCVII. Herzog Bratislav von Pommern transsumirt eine Urkunde der Markgrafen Woldemar und Johann von Brandenburg vom 3. October 1311, worin diese dem Kloster Belbuc in Pommern die Kirche in der neuen Stadt Stolp, die Freiheit des Dorfes Staneszin, die Probstei im Lande Stolp und Anderes überlassen, am 25. Mai 1323.

In nomine domini amen. Nos Wartizlaus, Dei gratia Dux Sclauorum, Pomeranie et Cassubie, Vniuersis Christi fidelibus praesens scriptum intuentibus in perpetuum. Noueritis vniuersi, quod litteras illustrium principum Dominorum Woldemari et Johannis, marchionum Brandeborgensium, Lusacie et Landesbergensium, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte sui uitiatas, indultas et concessas Dilectis nobis in

Christo Abbati et Conuentui claustrum Sancti Petri in Belboch, uidimus siue audiimus in hec uerba.

In nomine sancte et Individue Trinitatis Amen. Expediit ex quo Acta modernorum, propter diuturnitatem temporum, sepius a memoria hominum labantur, quod ea, que aguntur in tempore, simul cum temporis decursu literis firmissimis et authenticis roborentur. Hinc est, quod nos Woldemarus et Johannes, Dei gratia Brandenburgenses, Lusatie et Lantsbergenfes marchiones, cum manifesta recognitione tam presentibus quam futuris cupimus fore notum, nihilominus protestantes, quod ob reuerentiam omnipotentis Dei et sue genitricis Marie, nec non ob salutem nostrarum animarum omniumque nostrorum parentum predecessorum animarum, Honorabili viro Domino Abbati claustrum Sancti Petri in Belboch et suo Conuentui, nec non Preposito Sanctimonialium et ipsis Sanctimonialibus in Stolp, damus et donamus perpetue donationis titulo et proprietatis Ecclesiam in noua Ciuitate Stolp cum quatuor mansis, in predictae Ciuitatis campo iacentibus, et libertatem ville Staneszin cum sedecim mansis eidem adiacentibus, possidendam perpetuis temporibus et habendam pacifica cum quiete. Ceterum damus eisdem Sanctimonialibus predictis locum et spatium in Ciuitate Stolp ad construendum nouum claustrum. Damus etiam earundem sanctimonialium preposito et ipsis sanctimonialibus preposituram per totam terram Stolp, quantum ad nos dinoscitur pertinere, super quam quidem preposituram, si Episcopus Camminensis aliquam impetitionem in posterum mouere decreuerit, talem impetitionem tenebimur omnimode defalcare. Preterea ratificamus omnia bona predictorum scilicet Abbatis, Conuentus in Belbuch prepositique et sanctimonialium in Stolp, et pariter confirmamus per presentes etiam eorum literas ipsis super huiusmodi bonis traditas, cum omnibus iuribus et utilitatibus, que poterunt demonstrare. Adycimus etiam premillis, si Consules et Vniuersitas ciuim in Stolp in ipsa Ciuitate domum sancti spiritus edificare decreuerint, ad hoc sepedicti scilicet Abbas et Conuentus in Belboch, nec non prepositus et sanctimoniales in Stolp eorum fauorem exhibere debeant pleniorum, et Consules cum communitate ciuim predictae Ciuitatis talem debent facere conuentionem cum Abbate et Conuentu in Belbuch nec non preposito et sanctimonialibus in Stolp, quod ab eorundem ordinatione Diuini cultus, prout est moris et consuetudinis, peragantur. Pro huiusmodi nostra libertate iam sepe per nos indulta et purius confirmata iudem nobis reliquerunt omnem Decimam, quam ipsi in Campo Stolp, et in Villis ipsi Ciuitati nunc adiectis dinoscuntur habuisse. Etiam iudem nobis reliquerunt omnia Molendina, que in Aqua Stolp dicta, poterunt construi uel plantari. In omnium premissorum euidentis Testimonium presens dedimus scriptum, nostrorum sigillorum munimine firmiter communitum. Testes huius rei sunt illustris princeps Dominus Albertus Comes de Aneholt, Vtricus Comes de Lindou, Hermannus de Barbeu, Ludekinus senior de Wedele, Ludekinus iunior, Henningus de Blanckenborch, Hinricus de Stegeliz, Ecbertus Romelo, Wedego de Wedele, milites, et Slotekinus nostre Curie Notarius ac alii quam plures testimonio fidei decorati. Actum et Datum in Villa Brunneke, Anno Domini M. CCC. XI., Sabbato proximo post festum Michaelis Archangeli.

Nos igitur predecessorum nostrorum Vestigiis inherentes et eorum pia memoralia

obseruare cupientes, ea que prescripta sunt innouamus, ratificamus et in nomine Domini Confirmamus, nostri sigilli munimine consignata. Testes sunt Venerabilis pater Dominus Conradus Caminensis Ecclesie Episcopus, Reimarus prepositus, Johannes vrfus, Johannes de Heidebrake, Johannes Troye, Otto de Böne, milites, et plures alii fide digni. Datum Tanglim, Anno Domini M. CCC. XXIII., in die Beati Urbani pape et martiris.

CCCXCVIII. Vergleich zwischen dem Könige Erich von Dänemark und dem Herzoge Otto von Pommern Stettin wegen Rostock und des gegenseitig zu leistenden Schutzes und Beistandes, angenommen gegen Markgraf Woldemar von Brandenburg vom Jahre 1311.

König Erich haffuer udgiffuet it Breff til Hertug Otto aff Stetin, Hertug til Slauen, Cassuben, At effterdi hand nu haffuer forplict sig til hannem, oc giort hannem hans trofkabs Eed, mange Herrer naer uerendis, oc forplictet sig ydermere til Kongen, Da haffuer hand tilgiffuet hannem all Vrede, hand haffde imod hannem oc hans, faerdelis de af Molfan hans Tienere; Hand vil beskytte hannem som hans tro Vafal, fra alle Modstandere, som en Herre boer at gioere sin Vafal, hand vil tiene hannem med L dexterrys, oc om der behoeffuis stoerre Hielp, med alle hans Vafaller imod Rostock, vndentagendis imod disse Herren Margreff Woldemar, Erich Hertug i Suerig, Hertugen aff Hallind hans Broder, Greffue Geert aff Hosten, Henrich aff Mekelborg, Dog hues disse icke vil lade dennem noeye med venlig Vnderhandling oc Retten, vil hand tiene hannem imod dem alle vndertagendis Margreff Woldemar, som hand faerdelis udtryckeligen vndtager. Er oc forhandlet med Hertug Otto at hand skal saa hannem it af de Rostockers Breff igien, paa DX. marck vdgiffuet, for it Loeffte skyld, giort aff dem, huorefore de oc deris Effterkommere skal vere fri, Huilcket Breff hand dog skal fly Hertug Otto igien, Om de til Rostock icke vil vere tilfreds med denne Sone, for den skade, de Molfaner haffuer dennem giort Hand skal oc lade Hertug Otto vide det, inden VI Vger, om de ere tilfreds eller icke: Kongen skal bliffue begge Parter uparthick. Hues nu loffuet er, skal holdis: Med Kongen haffuer beseglet Jacob Flaep Saltensee, Troels Splitoff, oc Henrich Albreffsoen.

Nas Arrild Huitfeldt Dan. Rig. Krönike II, 355.

Uebersetzung: König Erich (von Dänemark) hat dem Herzoge von Stettin, Herzoge zu Slauen, Cassuben, einen Brief ausgestellt, nachdem letzterer sich ihm verpflichtet hat, ihm seiner Treue Eid geleistet in vieler Herren Gegenwart, auch sich ferner dem Könige verpflichtet; so hat dieser aufgegeben allen Zorn, welchen er gegen ihn und seine Diener, sonderlich auch die von Molfan, hatte. Er will ihn beschützen als seinen treuen Vafallen, gegen alle Widerfacher, wie ein Herr thun soll seinen Vafallen. Er will